

impertij et inopie adolescentulij infirmitatem subleuaret. Equidem cum olim tecum in Lilio uiuere: et didigi
te praeceptis multa, et saepe foculo tuo adsistens non mediocriter sum refocillatus. Cuiusmodi postquam isthinc
conuigraui Diestum, non raro sum expertus quantij me faceres, nunquam enim me tua beneficentia prosequi
desististi. Sed omnium beneficiorum illud reputo maximum quod me illig Reipub. laqueis impeditum, tua
intercessione expediuisti. Hoc mihi magnorum honorum principium fuit. Cognouij enim peregrinando quae sit
fides electorum, quae doctrina Prophetarum, & Apostolorum, iuxta quam qui rite colunt DEUM: paula-
tim reformantur ad iustitiam et vitam aeternam. Obsecro te Doctor clariss. ne putes hoc à me arrogan-
ter scriptum esse. Semper deij operam ut modestè de me sentirem, cuius rei vel Dominum Gysbertum Lon-
den magnificum Rectorem domesticum testem habeo, quod scilicet me semper humilibus accommodauerim.
Non est profecto fastus qui me exagitat, sed bonae conscientiae gaudium iuxta promissiones nobis exhibitae
in Christo. Maximum igitur adiumentum mihi fuit ad ueritatis cognitionem, quod patria fribus egressus
non tam inores aliorum hominum (qui sane sunt ubiq; corruptissimij) non tam vitam (inquam) hu-
minum: quam doctrinam Seruatoris nostrij Jesu Christi inter multas exili incommoditates, per inopiam,
reuerentia, praes, lacrymas studiose perquisiui. Cuiusmodi enim perquam exiguum est hoc ipsum lucis quae
beneficio Sp: S. ex uerbo DEI sum consequutus, id ipsum tamen quod consequutus sum uniuersis patria
incommoditatibus nolim commutare. Si quare quid sit? a praesentij saeculo malo conuersus sum ad filium DEI
Jesum Christum, et fretus immotis promissionibus Euangelij cum detestatione mea iniustitia totus in Jesu
Christi iustitia acquiesco: is est pretium meae redemptionis, is dilexit me, & tradidit se ipsum pro me, is ta-
uit me à peccatis meis. Deniq; is dedit mihi de Spiritu suo, testificans in corde meo, me ad sortem sanc-
torum, hoc est, ad aeterna uita societatem cooptatum esse. Hoc illud est in quo mihi gratulor, & serio
triumpho. Intra segregatus ab omni superfluitate, et peregrinis cultibus, quanta possum sanctitate et
iustitia perago quod reliquum est arduosa & infelicitate uita. Dominus Jesu illuminet carnos tuos,
et impleat te gaudijs Spiritus. Amen. Vale. Duisburgi. 16 Nouemb: bb. Vreij amicij

Johannes Molang.

D. lict. Cornelio Helio. Pax Christi.

Venerande frater vocatus fui (ut scribis) à consistorio, neq; dubito quin resciueris quid responderi
et quo loco sint res meae. Erat hic eodem tempore nuntius cum literis Senatj Ecclesiae quae est Hei-
delbergae, uocantis ad functionem scholasticam honesta conditione. Habeo gratiam DEO non asperna-
ty hunc peregrinum, et uos simul amo quod me non indignum censueritis uestra societate. Viuebam
sane Bremae cum bonis percommode, neq; mihi quicquam poterat aptij contingere ad componendu se-
nectus meae domicilium nisi dum Magistratj seruandum putat temporj, Serpens ueterator illam Ec-
clesiam callide circumscripsisset. Ego uero nunquam ita studiose meas commoditates consecutus sum
ut ear Ecclesiarum necessitatibus anteponeam: si quidem ipsis iure legitimèq; operam dare possem. Promi-
de si me Bremenses missum fecerint, non mihi restabit longa deliberatio. Spero autem futurum prope-
diem, ut quid erga me animij habeant sine ullis ambagibus respondeant. Ibi ego quoq; uos faciam de
rebus omnibus certiores. Haec uestra pietas cum animi magnitudine coniuncta, inclarescit quotidie & me-
morabitur quod posteritati. Et quidem, nisi tales animos Deus uestru praecordijs indidisset, ne in-
cepta quidem haec esset instauratio, nedum ut Helix aliquis eij euentj sperarij posset. Conuicta est
nimirum hoc tam audaci facinore Europa uniuersa. Vos autem confixis cornicularum oculis oia omnia
impiorum hominum odia, omnes sceleratissimorum Spirituum furias, in uestrum gregem prouocastis.
qui sese omnes mortuos mallet letho malo, quam non omnibus uobis nouam & mauditam pestem
machinarentur. Quamobrem (sicut uos hortatur Spiritus sanctus) *ἰσχυροῦς ἐσθε ἐν τῷ*
κύριῳ ἀποφθάσατε, ἀσπαράσσουτε. Opus cum DEO aggressi estis maximum omnium quae uel uestra
uel patrum memoria acciderunt. Cui operij ut quaedam inuicta fiducia ortum dedit, per Jesum
Christum: ita per eundem uestra indefatigabilis persecutoria dabit incrementum. Non debet inepij
hortator esse tam animatis tamq; praesentem Deum habentibus. Illud modo spondere non dubitem uul-
lum mihi diem abiturum sine serie precibus, paucor sine lacrymis ut ipse tam salutarer patria nos-
tra

101
80.

(164)

[Hser. 2. 92]

N. 92]

ausgesehe.

tra conaty quibz haeteng incredibilis quadam Dei gratia preluxit: eiusdem inexpugnabilis dexte-
ra usq; ad optatos exitz perducatur. fiat. Quod nostrj familiares ad Martis pullos sese malant ad-
iungere quam de grege vestro esse, nihil faciunt nouj hac est diuitum prudentia, ut confessores ma-
hnt esse quam martyres ut Euangelij famam quarant sine crucis ignominia. deniq; ut dei-
Prima utrunq; se scalpant smant. modo nulla ipsi discipulae vincula iniiciantur. Michael tua
exhortatione exstimulandus est. scio cum a propinquis suis debilitarij. Vale frater dilecte. Duis-
burgj. 13 Calend. Decemb. quo die celebris hic fuit Cluiata nobilitatis conuentz. 15.6.6.

Nr. 165)

[= Moser. a. 12:
nr. 93]

^{Hincire hofio et yodofvdo} ^{mentib. cognatis.} ^{Johan: Molang.}
^{uxor parentis suo} Pax Christi. ^{Argentibus. h. v. d. d.}
Adolescentes animo meo carissimj, adhuc in memoria habeo, qua de vestris studijs de vestra erga
me voluntate utriq; proluxe et eleganter scripsistis, quibz ne nunc singulatim respondeam facit
hac turbulenta iactatio rerum mearum. Ante paucos dies dederunt ad me literas tres aman-
tes vestri iuuenes, Jacobz Commelmus, Alexander et Lantberg, una Heidelberga vicigant,
et ad theologos eunt. et vestram consuetudinem vehementer desiderant. Tribz officiosis episto-
lis ego unico epistolio respondi, una fidelia (ut aiunt) tres parietes incrustans. Cuid face-
rem? unde mihi suppeteret tanta vis scribendj et copia quem minime alioq; desidem aut
illiberalem partim pueriles arumnae, partim crebrae migrationes exhausere. Et vos igitur
perbreue scriptum unum pro hinc usq; elaboratis literis aequo animo accipietis. Miror &
dolco in ratione studiorum tam incertis consiljs vos circumferij, nihil fuerat melis quam
repente transire in aliquam vel mediocriter moratam Academiam ibiq; partim exercitijs
pietatis incumbere partim urgere id studij in quo vos vestri parentes atatem degere volue-
runt. Fecerunt hoc illj quos modo dixj. fecit Lernouttus, fecit Altermj Rockelingerus,
nam h; duo Lutetiae sunt. Non tantillum apud suos commorari dum sarcinula appa-
rentur. Itaq; nisi aliud consilium mitis pleriq; vestrorum aequalium prius in portu studij
sui se appulerint, quam vestra nauis oram soluerit. Equidem sollicitudinem eoru qui vos
amant non sugillo. At rursq; probare non queo diffidentiam qua nimis curiose anxieq; con-
ventos obseruans non audebit mature seminare. Louaniensem perfidiam merito exhorruis-
tis non par est vos qui Christo puertiam consecrastis nunc grandiusculos dispari iugo
cum infidelibz copulari. Neq; iam Lutetia satis fortasse tuta erit pie institutis prop-
ter sceleratissimos mores, atq; adeo propter inuictam pestimaciam sacrilega superstitionis.
Restat Gencua. Argentoratum, Heidelberga, Tigurum, Witteberga. &c. Cuius Schola etsi sum
eiusmodj ut aliquid in ijs desideret; plurimum tamen vobis adferre possent adiuuenti tu ad
confirmandum ea qua didicistis: tum ad ingrediendas grauioree discipulas ut vulgo solem
appellare. Scio quantus in vobis fuerit zelus, & ardor communis fidej iuuanda: Cum
adhuc in palaestra pueris ingenium excoleretis. Decet vos ἀναζωογενῆ τὸ πάγιον
τοῦ Θεοῦ (ut Apostoli verbo utar) tanquam fides custodes preciosissimj thesaurj, quem
penes vos deposuit istis aetatis incredibilis aator, Ies; Christi. Atq; vitam haec Germana fi-
des atq; hic generos; Spirit; esset in precordijs vestris ut ea demum studia duceretis grauissima
quibz retinetur in terris sincera pietas, et Christi regnum aeternum amplificatur. Non esset

audet.

amator